



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. 2. Vtru[m] istæ circu[m]stantiæ affiant omnes actus humanos,  
etiam internos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

## Quæst. 8. De Circumstantijs act. human. Art. 3. Dub. I. 2. A. 4.

Vnde patet esse octo circumstantias, non plures. Nec obstat quod D. Bonaventura dixerit 14. nam reducit sex ad circumstantiam *Quæ*; scilicet, scientiam, atatem, ordinem, conditionem, personam, & statum; quia sunt conditiones per sonas operantis. Superfunt octo, è quibus Numerus, seu *Quoties*, non est circumstantia actus; sed est actuum multitudinem, quorum unus non est circumstantia alterius; vi recte nota huc Caietanus. *Mora* pertinet ad circumstantiam, *Quando*: sub *Quando* enim intelligitur *Quandiu*. *Modus* agendi, ad *Quomodo*. *Copia* pertinet ad numerum peccantium; & sic non est propriæ circumstantia actus; vel potest reduci ad circumstantiam *Quæ*; est enim conditio quædam personæ, quod multorum exemplis prouocata fuerit. *Causa*, est idem quod *Cur*. *Lucta* pufilla pertinet ad *Quando*. *Locus* & *Tempus*, ad *Vbi* & *Quando*.

### D V B I U M I I.

*Vtrum iste Circumstantiae afficiant omnes actus humanos, etiam internos?*

**R**espondeo & Dico Primo, Non omnes circumstantiae afficiunt singulos actus in particulari; sed ordinariè quædam tantum. Sapientissime enim Locus, Tempus, Conditio Personæ, nihil ad rem faciunt. Potest tamen dari casus ubi omnes circumstantiae adsinunt: Ut si Religiosus furetur rem sacram, in loco sacro, cum scandalo, tempore Sacrificij, vi illata, instrumento prohibito, ut absumat in illicite: hic omnes circumstantiae adsinunt.

Dico Secundo, Circumstantiae istæ afficiunt actus humanos accidentario modo consideratos, non solum secundum esse naturale, sed etiam secundum esse morale.

Probatur; Quia manente eadem specie morali possunt esse variae circumstantiae. *Magnum* enim & *parvum* sunt circumstantiae furorum eiusdem speciei morali. Similiter *diuturnum* & *breve*, *intensum* & *remissum*, sunt circumstantiae fornicationis, homicidij, furti, & similiorum peccatorum, manente eadem specie morali. Quomodo autem esse morale, & naturale in actibus distinguantur, explicandum infra, q. 18.

Dico Tertiò, Ita circumstantia etiam afficiunt actus internos voluntatis tamquam circumstantiae. Odium enim longum & breve, intensum & remissum sunt eiusdem speciei morali. Similiter voluntas furandi centum, & furandi mille.

Dices, Actus exterior cum suis circumstantijs habet se instar obiecti, respectu actus interioris voluntatis, est enim volitus cum suis circumstantijs actu interiori, ergo saltem circumstantia actus exterioris non possunt esse circumstantia actus interioris. Patet consequentia; quia cum sint voluntates, tribuent actui interno speciem tamquam partes obiecti.

Respondeo Negando Consequentiam, Quia etiam si omnes circumstantiae actus exterioris censemur volite actu interiore, saltem interpretatione; non tamen idcirco semper sunt partes ob-

iecti. Ratio est, quia non semper sunt volite tamquam necessariae ad obiecti honestatem, vel turpitudinem; sed sapienter tantum, ut eam augent, vel vt adiungant nouam speciem manente priore.

Quod vi intelligatur, Notandum est, tunc circumstantias definere esse circumstantias, & transire in obiectum, quando necessariae sunt ut obiectum induat certam speciem honestam, vel turpis. Quando autem ad hoc non sunt necessariae; vt cum obiectum sine illis iam habet certam speciem honesti vel turpis, tunc circumstantiae superadditæ habent rationem circumstantiarum, siue nouam speciem addant, siue non. Vtrumque explicatur exemplis. Comedere, secundum se non est moraliter bonum vel malum, sed indifferens; vt autem fiat moraliter bonum, requirit certas circumstantias; scilicet, materie, temporis, modi, & finis. Itaque ista quatuor circumstantiae non sunt concomitans, vi est actus temperantia; sed sunt veluti partes necessariae ad illæ speciem moralém. Similiter non sunt circumstantiae respectu actus interioris temperantiae; sed sunt partes obiecti tribuentis actui interno speciem: velle enim comedere cum istis circumstantijs, scilicet tali tempore, tali modo, tali fine, & tali quantitate, est actus temperantiae. Quod si quis hunc actum externum referat ad aliquem finem extrinsecum, v. g. vt proximo det bonum exemplum, iam iste finis extrinsecus habet rationem circumstantiae; quia superuenit actui temperantiae, & ad eum non est necessarius. Similiter esse alienum, est quidem aliqua circumstantia rei que accipitur, & acceptioonis; sed non est circumstantia istius acceptioonis, vt induit rationem furti: verum transit in rationem obiecti. Quod autem hec res aliena, etiam sit sacræ, est quidem circumstantia furti, sed non sacrilegii. Feminam esse iunctam matrimonio, est quidem circumstantia actus, quatenus est actus libidinis, sed non quatenus adulterii.

Quando vero actus est per se bonus vel malus, tum circumstantiae quæ accidunt, retinent rationem circumstantiarum. v. g. dare elemolynam, est per se bonus; unde circumstantiae accidentes, quæ aliquid ad bonitatem conferunt, retinent rationem circumstantiarum, & non transirent in rationem obiecti. Mentiri, est per se malum; unde si qua circumstantia accedit, retinet rationem circumstantiae. Idem intellige de omni actu bono & malo secundum propriam suam speciem considerato. De quo plura infra.

### ARTICVLVS IV.

*Vtrum principales Circumstantiae sint, quid, & propter quid?*

**R**espondetur, Inter circumstantias principalem locum obtinere propter quid. Ratio est, quia finis est obiectum voluntatis; unde ex fine potissimum iudicatur actus esse bonus vel malus. Quod intellige de actu exteriore.

Secundum locum, Circumstantia quid, seu effectum ex opere fecutum. Ratio est, quia post finem maximè iudicamus de actu ex effectu fecuto;

E iiij

QVÆ.

Quando  
circumstan-  
tia tran-  
sunt in  
rationem  
obiecti,  
quando  
non.